

XIV. Inter Tusculum et montem Albanum.

2567 cippi quadrati lapidis Albani; *d* prodiit, loco ut videbatur non antiquo, anno 1872 nel tagliare la macchia che dai prati di Annibale scende al basso verso la valle dell' Algido e la via latina tra i prati predetti e quelli di Rocca Priora; reliqui rintracciati dai guardiani delle macchie nel tratto, che dalla sorgente di Pentima stalla scende ai prati di Rocca Priora ROSSI.

<i>a</i>	<i>b</i>	<i>c</i>	<i>d</i>	<i>e</i>
AQVA AVG				
PVT P				
CIP XII	CIP XIII	CIP XV	CIP XVII	CIP XXVII

Vidit de Rossi, qui delineavit ann. inst. arch. 1873 tab. TU fig. 4. 2 cippos *d* et *e* cf. p. 170; reliquorum solos numeros edidit ib. p. 171.

De hac aqua Augusta aliunde nihil compertum est; cf. de Rossi l. c. et Lanciani *le acque* p. 115 seq., qui coniecit eam ex monte Albano pervenisse in praedium Albanum Domitiani. — 2 *put(eus) p(ublicus)* legit Rossius.

2568 in tabula marmorea sub imagine Fortunae inter duas mulieres (et harum et illius inferior tantum pars extat). Rep. a Locatello entro la macchia di Rocca di Papa, deinde Rocca di Papa apud eundem.

S · D · FORT · FELICIT · D · D

Delineavit de Rossi ann. inst. arch. 1873 tab. TU fig. 3 cf. p. 179; descriptis Henzen.

S(anctae) d(eae) Fort(unae) Felicit(at)i d(on)o d(ed)it scilicet is, cuius nomen cum parte superiore tabulae periit.

2570 fistula plumbea. Rep. ibi ubi n. 2568, deinde Rocca di Papa in aedibus Locatelli.

XII CN CASSI EVSCAT///

Descriptis de Rossi et edidit ann. inst. arch. 1873 p. 180.

2569 rep. ibi ubi n. 2568.

D · M
SEX · ANTIS ·
M O N T A N O
Q · V · A dvo
5 BVS · M · II d · X
F · FESTIANVS
ACTOR · B · M ·

Descriptis de Rossi et edidit ann. inst. arch. 1873 p. 179.

2571 fistula plumbea. Rep. ibi ubi n. 2568, inde Rocca di Papa in aedibus Locatelli.

T · CISPIVS VERVS FEC

Descriptis de Rossi et edidit ann. inst. arch. 1873 p. 180.

Alterum T. Cispium aquarium habemus infra n. 2663 in fistula reperta in ipso Tusculo.

2572 fistula plumbea. Rep. una cum n. 2568, deinde Rocca di Papa in aedibus Locatelli.

SEPTIMIVS SECUNDINVS FECIT

Descripserunt Henzen et de Rossi; hic edidit ann. inst. arch. 1873 p. 180 et in tabula adiuncta TU n. 5.

2573 fistula plumbea. Rep. una cum n. 2568, inde Rocca di Papa in aedibus Locatelli.

M TREBELLI
IEROCLIS

Descriptis de Rossi et edidit ann. inst. arch. 1873 p. 180 et in tab. adiuncta TU fig. 7.

2574 duo fragmenta magna marmorea eiusdem inscriptionis, litteris pulchris, inter Frascati et Rocca di Papa, ibi ubi adscensus hoc oppidum versus principium habet, loco dicto Monte della Castagna HENZ.; mille fere passibus sub eo loco ubi prodierunt n. 2568 seq., in agris Troili ROSSI.

(CN · F · PAP) XROS

Descripserunt Henzen et de Rossi; hic edidit ann. inst. arch. 1873 p. 183.

In. c non vidit Rossi.

XV. TVSCVLVM (prope Frascati). Tribu Papiria.

Tusculum¹⁾ conditum a Telegono Ulixis filio perhibent poetae aetatis Augusti (cf. Schwegler hist. Rom. I p. 340 not. 6) credideruntque ea aetate ipsi Tusculani, teste inscriptione n. 2649 Augusto fere aequali, et fortasse etiam aliquanto antea²⁾; gentem certe Tusculanam Mamiliorum iam sexto urbis Romae saeculo originem ab Ulyse repetisse constat ex nummis³⁾. Verum non defuerunt, qui Tusculum enumerarent

inter colonias ab Albanis regibus deductas (Diodor. I. VII; Origo gentis Rom. c. 17). Veriloquia nominis a Festo p. 355 proposita consulto omitto. Vergilio quod non memoratur, olim nonnullos torsit⁴⁾; causa est sine dubio, quod *Tusculum* vocabulum parum aptum est versui heroico⁵⁾. Inde quod in suburbano *Tusculani agri colle qui Corne appell-*

¹⁾ Pluraliter *Tusculi* sive *Tuscula* videtur usurpari in titulo lectionis certae supra n. 421.

²⁾ Sine dubio etiam antea quam Telegoni nomen audiverant Tusculani suum habebant conditorem, ut Romani Remum vel Romulum, Praenestini Caeculum, Tiburtes Tiburnum; sed eius memoria periit.

³⁾ Nummi aenei inscripti •MAMIL (apud Momms. hist. rei numm. p. 515 n. 83), in quibus repraesentatur Ulyxes, videntur esse eusi circa annum 600 a. u. c. Multo recentiores sunt nummi argentei inscripti C MAMIL LIMETAN, in quibus item est Ulyxes (Momms. I. c. p. 602 n. 230). Cf. Paulus Festi p. 131: *Mamiliorum familia a Mamilia Telegon filia, quam Tusculi procreaverat, est*

appellata. Liv. I, 49, 9: (*Octavius Mamilius*) si famae credimus ab Ulyxe deaque Circa oriundus. Dionys. 4, 45. Quod Tusculi repertae sunt tabulae fictiles repraesentantes res petitas ex Odyssea (Canina *Tuscolo* p. 20 cum tab. 3; fortasse etiam tabula musei Kircheriani, ap. Winckelmannum *Monumenti inediti* tab. 161 cf. p. 217 et Caninam I. c. tab. 4, *Tusculo* oriunda est), qua de re monuit Rossi ann. inst. arch. 1873 p. 188, ei rei non nimium tribuerim; nam similes tabulae etiam extra Tusculum non paucae prodierunt.

⁴⁾ Mattei p. 49. Nibby *analisi* 3 p. 297.

⁵⁾ *Tusculum*, *Tusculi*, *Tusculo* versui aptari non potest nisi per elisionem ultimae syllabae in tali vocabulo a Vergilio raro admissam. Eadem de causa